

Trentacinqvius d. prefatione, ex n. 24. usque ad num. 28. Sfortia dicit. quest. 5. versiculo, contrariam itaque sententiam, usque ad finem quest. Angelus Matheacius de legat. & fideicommissis, lib. 1. c. 6. ex n. 10.

12 Et qui hanc opinionem defendere voluerit, omnibus contrarie partis fundamentis respondere poterit, ut plenissime respondit Leonius de substitut. in preludiv, ex n. 85. usque ad num. 100. Sfortia d. quest. 5. ex n. 2. Bolognetus ubi supra d. num. 53. qui duodecim argumentis contrarie sententiae satisfacit: optime Alexander Trentacinqvius ubi supra, ex num. 22. cum sequent. Et hactenus de opinione Alexandri, quam & conditores Partitarum sequuti sunt, ut constat ex l. 1. titulo. 5. partia 6. in fine, dum dicit: Otrā manerā ya de substitutio, à que dizen en Latin fideicommissaria, & ibi Gregorius verbo, fideicommissaria, in hunc modum scribit: Dicitur ergo substitutio illa, quae est fideicommissaria, ut hic vides, &c.

13 Sed contrariam sententiam, non dici proprie substitutionem illam, quae est fideicommissaria, tenuerunt Nicol. de Matta, Bald. Salicet. Castrensis, Decius, & alii in rubrica, C. de impuberum, Glossa, & Doctores in rubrica, ff. de vulg. & pup. substit. ubi Alciatus n. 17. & Ripa num. 5. Antonius Fumeus de substitut. in preludiv, num. 7. & Politus num. 8. Claudius in eodem tractatu, cap. 7. in fine, Aretinus in tractatu Fideicommissaria, num. 4. & est communis opinio, ut dicti Doctores attestantur, & Jafon in rubrica, C. de institut. & substitut. Socinus junior in l. Centurio, num. 31. ff. de vulg. & pup. substitut. Sapia in de rubrica, C. de impuberum, n. 13. Decius in consilio 416. num. 12. Corneus in consilio 320. volumine 4. & novissime cum hac opinione transit Antonius Pichardus in rubrica, Institut. de vulgari substitut. num. 72. & pro hac sententia quamplurima fundamenta considerant superiores Authores, & illa concessit in unum Sfortia Oddi in preludiv Compendiose, 1. part. quest. quinta, ex n. 2. Bolognetus in rubrica, ff. de vulgari, & pup. substitut. ex n. 53. Angelus Matheacius de legatis, & fideicommissis, lib. 1. cap. 6. ex num. 2. usque ad num. 10. Alexander Trentacinqvius de substitut. in prefatione, num. 22. & 23. Paulus Leonius de substitut. in preludiv, ex num. 85. cum sequentibus, & n. 100. usque ad num. 107. & verè, & concludenter satisfacit praecipuis contrariae partis rationibus, sic ut qui hanc opinionem defendere voluerit, omnino ad eum confugere debeat; deinde, & expendere rationem efficacem, quam in proposito consideravit Antonius Fumeus in preludiv, de substitut. n. 7. denique, & legere Decium in rubrica, C. de impuberum, num. 2. Alciatum in rubrica, ff. de vulg. & pup. substitut. ex num. 10. cum quibus optime satisfieri poterit cuiuscunque partis contrariae argumentationi, & ut generaliter, aut uno vel tantum verbo ad omnia fundamenta contraria dixerim, animadvertendum erit, substitut. nomen latissimum esse, & in lata significatione quamcumque subrogationem appellari posse substitutionem, quod Doctores profitentur communiter in rubrica, ff. de vulg. & pup. substitut. Graffus S. substitut. quest. 1. in principio, Doctor Spino in speculo testamentorum glossa 21. n. 2. Antonius Pichardus in rubrica, Institut. de vulgari substitut. n. 40. & n. 41. & in hoc sensu verbum, substitutio commune esse dicitur, tam ad directam, quam ad obliquam, seu fideicommissariam substitutionem, ut docuerunt Ripa n. 187. Marianus Socinus n. 331. & Galiaula n. 511. in dict. l. Centurio, ff. de vulg. & pup. substitut. In eodem etiam sensu, cum in fideicommissio detur saltem quoad jura utilia, quaedam subrogatio in locum haereditis, eo respectu appellari potest fideicommissum Substitutio, quod ex superioribus Authoribus eleganter agnovisse videtur Paulus Leonius in preludiv dicti tractatus, n. 100. & n. 102. ubi post longam disputationem stat in ea conclusione quod licet verbum, substitutio, propter sui generalitatem, possit etiam ad dispositionem fideicommissariam referri, non tamen sequitur, id proprie, & verè dici, sed improprie; & hinc esse dicit, quod in dubio substitutio intelligitur directa, non autem obliqua, seu fideicommissaria, cap. 1. de testamentis, in 6. quia scilicet verba in dubio in propria significatione accipiuntur, l. non aliter, ff. de legatis tertio, l. 3. §. haec verba, ff. de negotiis gestis, at fideicommissum propria substitutio non est: deinde ipsemet Author num. 107. 108. & sequentibus. in eodem residet; concludendo enim sic putat dicendum, quod aut consideramus substitutionem directam in specie, & tunc non sit dubium, fideicommissariam non esse illam, sed diversam ab ea, nam nomina sunt diversa; ergo etiam res diversae dici debent, l. si idem, C. de testamentis: item diversa initia, & diversam causam finalem hae dispositiones habuerunt, ut ibidem latius notavit: Aut vero capitur substitutio in genere, & tunc contrarium dicendum est, quia licet substitutio directa diversum nomen, diversum effectum & finem à Fideicommissaria habeat, & una species non est alia; tamen secus in genere, quia genus comprehendit sub se omnes suas species: item quaelibet species habet suum genus necessario; terminus enim iste, substitutio, in genere sumptus praedicatur de substitutione directa, & fideicommissaria, & utraque sub suo genere aequè continetur, ut ibi latius ostendit Leonius ipse, & in eadem incidit, sed tacet eum Joannes Bolognetus in rubrica, ff. de vulgari, & pup. substitut. num. 55. ubi concludendo dicit, quod substitutio capitur in genere, & in specie; & in genere comprehendit omnes directas, & fideicommissarias substitutiones de proprietate sermonis: in specie verò contrà, ut ibidem ostenditur, Ex quibus remanet vera hujusce disputationis resolutio, ut amplius de veritate ejus dubitari non debeat: remanet etiam lib. 1. cap. 81. assertione quarta, rectè dictum, utramque opinionem disputationis gratia posse defendi, sed in puncto juris, Baldi, & sequacium opinionem veriore esse, Alexandrique, & aliorum sententiam jure non subsistere, nisi intelligendo eam, ut praefati Authores declarant, quomodo intelligit etiam Angel. Matheacius de legat. & fideicommissis, lib. 1. dict. c. 6. n. 25. quatenus distinguit, an substitutio sumatur in genere amplissimo, & aequivoco, aut in genere univoco, & speciali substitutionis haereditis, ut latius ibi videri poterit.

14 Nunc vero & quinto loco (constituendum est, quod ad 7. Assertionem pertinet) Doctores communiter in eam ivisse sententiam, & distinctionem, ut scilicet substitutio Vulgaris triplex sit, quaedam Expressa quaedam Tacita, quaedam Mixta partim expressa, & partim tacita. Expressa rursus triplex est; nam sicut aliquid expressum tripliciter dicitur, in genere videlicet, in specie, & in individuo; in Vulgarem omnes dicunt reperiri, expressam in genere, in specie, & in individuo; quod post Bartolum, & communem quamplurimorum sententiam, probarunt, & latissime explicant Covarruvias, Guil. Benedict. Sfortia Oddi, Graffus, Simon de Praetis, Bolognetus, & alii, quos statim congeram in unum. Substitutiones ergo vulgares, & pupillares, quae continentur sub Reciproca, aut Breviloqua, & Compendiosa, expressae dicuntur verbis generalibus, quia quamvis non contineantur sub Reciproca, aut Compendiosa expressae, si accipiamus expressum in specie, & singulariter; in genere tamen accipiendi comprehenduntur: ita docet Bart. & Accursii sententias, quae contrariae videbantur, conciliat in l. 1. ff. de vulg. & pup. substitut. num. 8. receptus secundum Socin. Aret. & Jafon num. 20. Ripam num. 77. & Ruinam n. 19. ibidem Bald. & Angel. in l. jam hoc jure, ejusdem tituli, Glossa, Bartol. Bald. Paul. Alex. Jafon, Salicet. Cinus, & Decius in l. in testamento, C. de testamento militis. Corneus in consilio 199. volum. 2. Alexand. in consilio 52. colum. 4. versiculo, ad tertium, volum. 7. Rolandus in consilio 69. num. 21. volumine 1. Baldus de Ubaldis de substitut. cap. de vulgari substitut. num. 3. & 4. Bartolus de Hucio ibidem, num. 3. & 4. Antonius Fumeus in eodem

15 Et tunc demum procedit, cum Reciproca generaliter, aut simpliciter sit, sine restrictione ad certum casum, ut si testator dixerit: Instituto filios impuberes, & eos invicem substituo; tunc enim substitutiones vulgares, & pupillares, quae sub Reciproca continentur, sunt expressae verbis generalibus, secus tamen si testator ad unum tantum casum se restrinxit. ita scilicet: Vos invicem substituo, si alteruter vestrum haeres non erit; tunc enim Pupillaris non continetur vigore Reciprocae, sed sub Vulgari expressa, nec matrem excludere potest, ex sententia Bart. in l. Lucius, num. 19. ff. de vulg. & pup. substit. ubi Alexander, & Jafon num. 13. & Rapi n. 40. idem Alexander in l. precibus, C. de impuberum, columna penultima, & ibidem Riminaldus junior num. 617. & cum Guil. Bened. Beroo, & aliis, explicat Menochius lib. 4. praesumptione 60. ex num. 37. usque ad num. 52. Alexander Trentacinqvius, dicens communem omnium sententiam de substitut. 1. part. cap. 1. n. 6. & 7. Substitutio vero Pupillaris, quae continetur sub Reciproca simplici, aut generali, expressa dicitur verbis generalibus, & consequenter matrem excludit, at scribunt Glossa, Bartol. & alii communiter in dict. l. Lucius, Menochius d. praesumptione 60. num. 50. Alexander Trentacinqvius d. cap. 1. num. 6. ad finem, Simon de Praetis de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 3. solutione 11. num. 6. fol. 110. Mantica da conjecturis, ultimarum voluntatum, lib. 5. titulo. 8. num. 12. qui omnes excepto Menochio, loco relato supra, non advertunt ad unum, nempe in proposita specie, Pupillarem etiam omnino tacitam debere excludere matrem, eo quod substitutio Reciproca in casum Vulgaris expressae facta, continet tacitam Pupillarem (quod nullus unquam negavit): ea autem sufficiens est ad exclusionem matris propter alias juris sententias, aut communem Doctorem resolutionem, qua docemur, per Pupillarem substitutionem tacitam excludi matrem, cum substituitur alter ejusdem testator filius: tunc enim praesumitur

16

17

18

19

20

21

dem tractatu, num. 12. & 13. Lancelotus Politus particula 1. num. 1. & sequentibus, Ubalricus Zasius de vulgari substitut. c. 1. mon. 2. & in effectu idem concludit Leonius in eodem tractatu, cap. 1. ex num. 20. usque ad num. 28. Capra ibidem, quarta specie de Reciproca, num. 35. Guillel. Benedict. in cap. Rainuntius, de testamentis, verbo, si absque liberis, de vulgari substitut. ex num. 12. usque ad num. 19. Duarenus in paraphrasi, ad titulum ff. de vulg. cap. 10. Antonius Gomezius tom. 1. variarum, cap. 3. num. 12. Menchaca de successionum progressu, lib. 2. §. 12. num. 18. & 19. & §. 19. num. 20. Covarruvias in d. cap. Rainuntius, §. 4. n. 4. & §. 7. num. 3. Sfortia Oddi. in preludiv Compendiose, 2. part. quest. 3. per totam. Costa in cap. si pater, de testamentis, in 6. verbo, si decederet, num. 8. & n. 10. Bolognetus in rubrica, ff. de vulgari, & pup. substitut. num. 19. Vaconius declarat, juris, lib. 4. declaratione 62. n. 7. & 9. & 11. Graffus S. substitut. quest. 7. ex n. 1. usque ad num. 5. Simon de Praetis de interpretatione ultimarum voluntatum, lib. 3. solutione 5. num. 32. & 33. folio. 69. & §. solutione. 9. num. 6. fol. 110. Petrus Gregorius in synagmate juris, lib. 42. cap. 12. n. 3. Alexander Trentacinqvius de substitut. 1. part. cap. 1. num. 3. 4. & 5. qui pro communi hac sententia & rationes adducit, & nonnullas leges inducit, ac inter alias rectè expendit text. in l. Lucius ff. de vulg. & pup. substitut. & in l. in testamento, C. de testamento militis, & in l. precibus, C. de impuberum. Denique, & merito improbat Fulgos. Christophor. de Cast. & Aretinum contra tenentes, ut ibi videri poterit, & latissime penes praedictos Authores.

22

23

24

25

26

27

voluisse patrem praefere filium uxori, ut cum Accursio, Bartolo, Angelo, Castrensi, Alexandro, Jafone, Ripa, Calcaneo, Bolognino, Riminaldo, Socino, Ruino, Decio, Beroo, Guil. Bened. Costa, & aliis annotavit, & latius declarat Menochius lib. 4. praesumptione 39. num. 77. & sequentibus. qui dicit. praesumptione 60. num. 41. optime allequutus est Bartoli repugnantiam in hac quaestione: is enim in l. 2. num. 44. ff. de vulgari, & pupill. substitutio. docuit expressim, matrem excludi per tacitam pupillarem, quando substitutus est alter filius ipsius testatoris, sicque frater pupilli; & tamen in dict. l. Lucius, n. 14. contrarium tenuit aperte, cum dixit matrem non excludi tacita illa Pupillari comprehensa sub Vulgari facta reciproca; tamen facta est duobus filius.

28

29

30

31

32

CAPUT XXII.

De Institutione Majoratus.

Majoratum si quis instituens, dumtaxat dixerit: Ex bonis meis Majoratum instituo, sive facio, aut, volo, quod bona mea jure Majoratus deferantur, nec aliud adiciat, utrum ex vi verbi Majoratus, perpetua majoria inducatur, & quis ordo in successione ejus observari debeat? ubi quae hucusque in proposito scripta sunt ab aliis, in medium proferuntur, & Jacobi Simanca contra Communem opinio noviter destructa, novè etiam & verè fundamento illius respondetur; atque eodem casu retento, si familia simpliciter vocetur, vel in favorem consanguineorum, aut conjunctorum Majoratus instituat, nec certus successione ordo designetur, quid fieri debeat, explicatur: quid etiam de Majoratus origine, & institutione per scripturam non appareat, sed per immemorialis praescriptionis probationem tantum, an perpetuus judicari debeat in dubio, & quo sit in eo ordine succedendum. Deinde si Majoratus institutor, vocato filio, vel consanguineo aliquo transversali, aut etiam extraneo, dixerit se Majoratum instituisse ex bonis suis, sive omnia bona sua, vel aliquam partem eorum, proprio testamento, vel donatione in aliquem detulerit, ita quod ea obtineat, & habeat titulo, & jure Majoratus, nec

amplius adiciat, an perpetuum Majoratum instituisse ceteri debeant: Quid si pater meliorationem Tertii, & Quinti bonorum faciens, vocationes ad descendentes ex filiis primo nominatis restrinxerit, sive filios tantum, vel aliquem eorum, & descendentes ab eis vocaverit, & bona alienari perpetuo prohibuerit, aut alia verba adjecerit, quæ videantur denotare perpetuitatem, verbum tamen *vinculi*, aut *majoratus* non exprefferit, an perpetuum Majoratus præsumatur inductus? præterea, si Majoratum instituens, ad ejus successionem filium suum primogenitum, & ejus descendentes vocavit, vel Majoratum in persona talis filii, ac descendentiū instituit, sive reliquit talia bona tali filio, & ejus descendentiū, ut illa possiderent jure Majoratus, vel inter filios, ac eorum descendentes Majoratum instituit cum uniuscujusque filii, & descendentiū speciali vocatione, transversales tamen non vocavit, nec descendentes eorum, an perpetuum Majoratus institutus censeatur inter transversales etiam qui ex genere institutoris fuerint, an verò in ultimo descendenti Majoratus extingui debeat? Denique, si factis aliquorum filiorum, & descendentiū ab eis specialibus vocationibus, ad collateralium, vel aliorum vocationes institutor non descenderit, dixerit tamen suam dispositionem facere favore generis & familiae, & ad conservationem illius, velut bona perpetuo in sua familia, agnatione, aut domo conserventur, vel ea ratione alienari bona prohibuerit, utrum Majoratus perpetuus inducatur ultra nominatos etiam in infinitum, maxime si ratio hæc adjecta sit in fine dispositionis, aut in principio; ubi quæ hæc in præfatis quæstionibus dici, aut excogitari poterunt, diligenti & plena manu enucleata traduntur, multaque adnotantur per Authorem, quæ ita dilucide, atque distincte explicata, nullibi invenies, etiam si omnes usque ad præsentem diem Scribentes prælegeris.

S U M M A R I U M.

- 1 *Author reddit rationem, ob quam principaliter, hujus capituli disputationem suscepit.*
- 2 *Majoratum si quis instituens, dumtaxat dixerit: Ex bonis meis Majoratum instituo, sive facio, aut volo, quod bona mea jure Majoratus deferantur, nec aliud adiciat; an ex vi verbi Majoratus, perpetua majoria instituta ceteri debeant, & quis ordo in successione ejus observandus sit? & num. seq. usque ad num. 23.*
- 3 *Majoratus verbum, ex sui virtute, significat majoritatum perpetuum, & omnium primogenitorum substitutionem, & quod res deveniat de majore in majorem in infinitum.*
- 4 *Majoratus verbum est collectivum, & sub se plures comprehendit primogenitos.*
- 5 *Majoratus verbum ex sua natura perpetuitatem denotat.*
- 6 *Majoratum ex omnibus suis bonis, vel ex aliquibus se facere eo ipso quod aliquis profectetur, bona ipsa in sua familia perpetuo conservari velle videtur, etsi aliud non adiciat.*
- 7 *Didacum Covar. indistinctè nimis, aut male citari com-*

- muniter per Scriptores hujus Regni, & vere & notiter adnotatum per Authorem.
- 8 *Didacum Covar. quo loco, & numero citari debeat, ut faciat in proposito sententia relata supra n. 2.*
- 9 *Dispositio qualibet secundum regionis consuetudinem interpretanda est.*
- 10 *Testator præsumitur in dubio conformare voluisse suam dispositionem cum dispositione juris, & faciendo Majoratum simpliciter, suos descendentes & consanguineos, eo jure, eoque ordine ad successionem admittit, quo de jure admitti debent.*
- 11 *Majoratus mentione facta in aliqua dispositione, vel scriptura, omnes clausule censentur appositæ, & omnia subintelligi debent, quæ solent communiter apponi in Majoratu, ex lege, consuetudine, vel alia constitutione.*
- 12 *Actus omnis, in quo non apparet determinatio certa, debet accipi, & determinari secundum consuetudinem loci, quæ est ibi jus commune.*
- 13 *Majoratus jure, si pater relinquat aliquam rem, nihil aliud statuens, nec vocans filium majorem, nec aliud ultra dicens, ex hoc solum remanet res vinculata in favorem filii primogeniti; cum omnibus qualitatibus, & gravaminibus, quæ in Majoratibus apponi solent, tam ex jure, quam ex consuetudine.*
- 14 *Majoratus titulo, si pater relinquat filio quamlibet rem, ad id non habens facultatem Regiam, etiam si res excedat valorem Tertij, & Quinti bonorum, Majoratus in Tertio & Quinto sustineri debet.*
- 15 *Majoratum de talibus, & talibus bonis, si pater habens plures filios, dicat quod facit in filium suum, dispositio valet, & de filio majore intelligi debet.*
- 16 *Majoratus jure, si bona vinculantur inter descendentes alicujus, & si non dicatur, quod perpetuo sint vinculata perpetua majoria constituta censetur.*
- 17 *Majoratum instituens, si dixerit dumtaxat: Ex bonis meis Majoratum instituo, sive facio, aut volo, quod bona mea Majoratus jure deferantur ex hoc non censetur majoria perpetua instituta, ex sententia Didaci Simanca, contra Commune.*
- 18 *Cujus fundamentum refertur, & nihil urgere, num. seq. adnotatur.*
- 19 *Ex testamento non completo, sive, ut Doctores dicunt, ratione voluntatis imperfecto, nihil debetur; & ibidem exornata nonnullis remissive, communis allegatio l. si quis cum testamento, 25. ff. de testamentis.*
- 20 *Didaci Simanca fundamento contra Commune, nove & vere respondetur, & num. sequent.*
- 21 *Majoratus institutor, eo ipso quod dixit se facere Majoratum ex bonis suis, etsi nihil aliud adiciat, perinde haberi debet, ac si vincula omnia, conditiones, & substitutiones exprimeret, quæ ad perfectionem sue voluntatis, atque perpetuitatem ipsam Majoratus inducendam, necessaria sunt.*
- 22 *Majoratum instituens, intelligitur expressisse omnia, quæ sunt illius propria, & naturalia, etsi illa non exprefferit, quia actus quilibet præsumitur gestus secundum suam naturam, à qua recipit interpretationem.*
- 23 *Majoratum instituens, si ita dixerit: Ex bonis meis Majoratum facio, sive volo, quod bona mea jure Majoratus deferantur, nec distinctè, atque explicitè successionis ordinem designavit, familiam tamen suam vocavit, aut in favorem familiae suæ Majoratum instituere professus est: an perpetuum Majoratus inducatur? & Didaci Simanca opinio probata, & num. seq.*
- 24 *Ad fideicommissum relictum familia, omnes de familia admittuntur, tam nominati, quam non nominati.*
- 25 *In fideicommissio relicto familia, succedendum est secundum ordinem successionis ab intestato.*
- 26 *Familie verbum collectivum est.*

- 27 *Agnatosque, & cognatos omnes comprehendit.*
- 28 *In Majoratu relicto familia, omnes de familia succedere debent gradatim, perpetuo, ac per fideicommissum, non per Vulgarem substitutionem.*
- 29 *Testator si relinquat bona propria agnationi, seu familie, & talia verba proferat, quæ videantur tractum successivum denotare, Majoratum perpetuum instituitur censetur, etsi verbo Majoratus usus non fuerit.*
- 30 *Majoratum instituens, si certum succedendi ordinem non designaverit, sed consanguineos, aut conjunctos suos vocaverit, aut se facere Majoratum ex bonis suis in favorem suorum consanguineorum, aut conjunctivorum profectetur, Majoratum perpetuum instituitur videtur.*
- 31 *Verbum consanguineos, & conjunctos, sunt verba collectiva.*
- 32 *Verba collectiva sunt quæ de sua natura apta sunt comprehendere plures, & diversas personas in pluribus & diversis gradibus existentes.*
- 33 *De forma institutionis Majoratus, ita ut non appareat, an institutor perpetuum Majoratum efficere voluerit, an verò ad certas personas, vel ad certos gradus successionem restrinxerit, ut in Majoratu, de cujus origine, & institutione, non apparet per scripturam, sed per immemorialis præscriptionis probationem: an Majoratus perpetuus judicari debeat, & qualiter in eo sit succedendum & num. sequent.*
- 34 *L. 41. Tauri materia plenè tractata, remissivè.*
- 35 *In successione Regni, in infinitum admittuntur descendentes, & in defectum eorum transversales.*
- 36 *L. 2. titulo 15. partita 2. pro resolutione quæstionis propositæ supra, num. 33. optime ponderata.*
- 37 *De natura Majoratus cujuslibet est, quod debet esse perpetuus, quando aliud non apparet, nec repugnat.*
- 38 *Actus omnis potius ceteri debet perpetuus, quam temporalis.*
- 39 *Majoratus institutor, si vocato filio, vel alio consanguineo transversali, aut etiam extraneo, dicit se instituere Majoratum ex bonis suis; sive omnia bona sua, vel aliquem partem eorum, proprio testamento, vel donatione in aliquem detulerit, ita quod ea obtineat, habeat titulum, & jure Majoratus, etiam si alias condiciones, aut substitutiones non adjecerit, Majoratum perpetuum instituisse videtur.*
- 40 *Ita ut masculi omnes, & femine descendentes, & etiam transversales in infinitum admittantur, servatè tamen sexus, & gradus prærogativa.*
- 41 *Nec obstare debet in contrarium Gregorii Lopez sententia, quæ in proposito novè expenditur per Authorem, & taxatur.*
- 42 *Nec etiam fieri differentia, aut Majoratus, vel vinculi mentio fiat, prout hoc num. & sequentibus adnotatur.*
- 43 *Majoratus & vinculum de consuetudine, & communi usu loquendi, idem significant, & leges loquentes de Majoratu, pariter procedunt in Vinculo.*
- 44 *Meliorationem Tertii, & Quinti bonorum suorum si pater faciat, & vocationes ad descendentes ex filiis primo nominatis restrinxerit, sive filios tantum, vel aliquos eorum, & descendentes ab eis nominaverit, & bona alienari perpetuo prohibuerit, aut alia verba adjecerit, quæ perpetuitatem denotare videantur; vinculi tamen, aut Majoratus verbum non exprefferit, perpetuus Majoratus non erit, sed in ultimo descendenti vocato, bona ipsa libera, & alienabilia remanent, idque melius, & latius quam antea erat, ab Authore explicatum.*
- 45 *In re fideicommissio subiecta, ultimo loco succedens, succedit liberè, & transmittit ad quemcumque heredem universalem, vel particularem bona fideicommissi.*
- 46 *Alienationis prohibitio ultra personas nominatas extendi non potest.*
- 47 *Alienationis prohibitio, quando constat de voluntate*

testatoris expressa, vel ex conjecturis legitimis deducta, extra personas nominatas, & ultra quartum gradum, atque in infinitum extendi, & perpetua judicari debet.

48 *Verba licet talia sint, quod perpetuitatem denotare videantur; tamen in quæstione proposita supra num. 44. restringi debent, ut inter personas tantum nominatas videantur relata, etiam si ratio generalis, aut realis fuisset adjecta.*

49 *Ratio generalis, aut verbum, quod perpetuitatem præ se ferre videtur, ex appositione personarum supra nominatarum restringi debet, quando non militat ratio, quæ contrarium suadeat.*

50 *Majoratum, aut vinculum si testator efficere voluisset, credendum non est, quod id non exprimeret, aut saltem aliquo modo, ejus verbi mentionem non faceret.*

51 *Alphonsti Azevedii resolutio in terminis quæstionis propositæ supra, num. 44. adducitur, & probatur.*

52 *Et Petrum de Peralta in diverso casu loquutum, verborum ejusdem relatione, noviter adnotatur.*

53 *Ludovicus Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. cap. 4. ab Authore declaratus, ut superiori resolutioni convenire potius, quam contradicere videatur.*

54 *Parentes in melioratione Tertii bonorum, ex vi decisionis l. 27. Tauri, non teneri consanguineos transversales ad meliorationem vocare, nec posse ipsos jure aliquod ex dispositione illius legis præterdere, nisi expresse vocentur per testatorem.*

55 *Verbum potest, non inducit necessitatem, sed voluntatem.*

56 *Ancharani consilium 300. adductum in confirmationem eorum, quæ numeris præcedentibus adnotantur.*

57 *Majoratum instituens, si ad ejus successionem filium suum primogenitum, & descendentes ejus vocavit, nec alias vocationes aliorum filiorum, nec descendentiū adjecit, vel Majoratum in persona talis filii, ac ejus descendentiū instituit, sive reliquit talia bona tali filio, & descendentiū ejus, ut illa jure Majoratus possideant, vel inter filios, & descendentes eorum Majoratum instituit cum uniuscujusque filii, & descendentiū speciali vocatione, transversales tamen, vel alios nominatim non vocavit, nec descendentes eorum: an perpetuum Majoratus institutus videatur in infinitum, an verò extingui debeat in ultimo descendente vocato, & num. seq.*

58 *Ubi Ludovici Moline sententia in præfato dubio refertur, & numeris sequentibus approbatur.*

59 *Adducitur etiam aliorum Authorum sententia contraria, & mens eorum num. seq. enucleatur.*

60 *Denique & Gregorii Lopezii in eodem proposito resolutio profertur.*

61 *Majoratus conditor, si dixerit, quod in eo succedant filii masculi, & masculi descendentes ex eis per lineam masculinam, ita quod non veniat ad feminas; an deficientibus masculis, femine succedere possint.*

62 *Perpetuum dicitur sæpe in jure, quod durat interim, dum aliqui vivunt, & ibidem adnotata nonnulla, quæ resolutioni Moline adversari videntur, & eisdem satisfactum infra, num. sequentibus, solutione tradita generali.*

63 *Dicitur semper, in substitutionibus restringi debet ex præcedentibus, & sequentibus, vel ex subiecta materia, vel si alia quævis ratio id suadeat.*

64 *Familia conservatio dari non potest in primis, aut in specialiter vocatis, nisi per subrogationem aliorum.*

65 *Familia appellatione, collaterales etiam continentur.*

66 *Expressa ceteri debent ea, quæ testator verisimiliter disposuisset, si de ipsis interrogatus fuisset.*

67 *In fideicommissis prædominatur verbum, desumpti voluntas.*